

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

*Quâ*

*Agonothetâ ac Archiatrô summô assistente,*

Splendidissimô ac Gratosissimô Medicorum

Senatû permittente,

# APOPLEXIAM,

PRÆSIDE

NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO

AC EXPERIENTISSIMO

D N.

## GUERNERO ROLFINCIO,

Phil. ac Medic. Doctore longè celebratissimô, Practicæ ac

Chimiæ P. P. Merentissimô, Facult. Medic. Seniore Gravissimô,

Archiatrô Saxonico Eminentissimô,

*Dn. Patronô, Promotore ac Præceptore permagnô,*

*ac filiali cultû aternûm colendô,*

PRO LICENTIA,

HONORES, INSIGNIA AC PRIVILEGIA DOCTORALIA

solenni ac legitimô modô acquirendi,

*publicæ ac placidæ Ιατρικῶν ἰστοῦν offert disquisitioni*

## M. JOHANN ARNOLDUS FRIDERICI,

ALTENBURGENSIS MISNICUS.

*In Acroaterio Majori*

*ad diem 27. Maji.*

J E N Æ,

E Chalcographéo KREBSIANO.

ANNO M DC LXI.





SERENISSIMO AC CELSISSIMO  
PRINCIPI, AC DOMINO,

DOMINO FRIDE-  
RICO WILHELMO,  
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC  
MONTIUM DUCI, LANDGRAVIO THU-  
RINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, PRINCIPI HEN-  
NEBERGIÆ, COMITI MARCÆ ET RAVENS-  
BURGI, DOMINO IN RAVENSTEIN,

DOMINO MEÛ CLEMENTISSIMO,  
NUTRITIO MUNIFICENTISSIMO,

Inauguralem hanc de Apoplexiâ dissertationem

*submissâ animi devotione offert,*

Sereniss. Ejusd. Celsitud.

*humillimus Cliens*

M. JOHANN ARNOLD FRIDERICI  
ALTENB. MISNIC.





## CAPUT I.

### *Exordium Vocis etymologia ac synonymia.*



Ummas dignitates summa semper expectare pericula, Syracusanorum Rex *Dionysius*, digitò quasi indice *Damocli*, ejus felicitatem ad cœli culmina usque efferenti, monstravit, cum regiò locatum in soliò, ministrantium ad nutum, adstantium catervâ vallaret, gladiumque paucis equinis annexum pilis, supra caput ejus suspendere juberet.

CAPUT dignitate nulli cedere microcosmi parti, notum. Quidquid prudentis judicii & sapientis consilii operâ in caducâ hâc vitâ peragitur, capitis regimini debetur. Ἦπερ ἐξ ἑστέ μόνον ἢ κεφαλὴ τὸ λοιπὸν τὸ σώματος, ἀλλὰ καὶ προνοία, καθάπερ τῆς κυβερνήτης καὶ δεσποτῆν ἅπαν αὐτὸ ὄψυς. Non solum caput loco superat corpus, sed totum etiam, ceu gubernator reliquum regit & imperator.

Quantis autem hæc ejus dignitas circumdata sit periculis, quanta metuenda incommoda, quam variis sit expositum procellis, multi, eique graves, ruinam semper minantes nobis ostendunt affectus, gladii ad instar à capillò pendentibus, inevitabilis vitæ naufragii augures.

Quem præterfugit, quanta ab Epilepsiâ miseria? quem latet, quanta à maniâ ferocia, à melancholiâ mœstitia, ab affectionibus, actionum imminutio, depravatio ac plenaria interdum abolitio, microcosmico immineat ædificio? Illo malè se habente, omnia malè habent, atrâ tunc omnes cir-



cum fundimur nocte, tristisque omnium facies est rerum.

Rege apum vigente totum examen viget, suavique suffurrô lætabundum quasi psallit. Eô malè affectô, incertis vagatur sedibus, pereunte eô & ipsum perit.

Capite etiam benè habente, totum lætatur corpus, vegetô partes calore ac colore florent, malè affectô hóc, faciem deturpat pallor, suavem roseis extirpans gratiam malis, mens antea serena, tristitiæ obvelatur nubibus, vita in anticipi est, ac tandem viribus evanescentibus omnis extinguatur lux, debitumque naturæ persolvendum.

APOPLECTICUS AFFECTUS, inimicus capitis, aspectû horrendus, auditû terribilis, strage funestus, quam multos è mediô viventium ereptos tumulis ad sociârit, neminem fugit. Hoc qui afficiuntur, subitò nullis interdum signis præviis, decidunt in terram, ceu victima securi percussa, corruunt, & omnibus privati actionibus, immoti marpé siæ rupis ad instar procumbunt, sicque multoties vitam cum morte commutant.

Hunc affectum examinis imponemus incudi, de ejus naturâ paulò liberiùs, divinâ, quam efflagitamus, adspirante gratiâ, locuturi.

APOPLEXIA variis insignitur nominibus: *Communiter* ἀποπληξίαν dicunt, ἀπὸ τῆς ἀποπλήξιν, graviter percutere, ductâ similitudine ab animalibus, ad aram unô ictû corruentibus, vel cœlitus fulmine, fulgure, tonitruve feraliter animalibus afflatis, ἀστρόβλητα καὶ ἐμβροχίτα, siderata & astro & fulmine tacta que appellabantur. πλήττω ictû infero. Particula ἀπὸ opinione nonnullorum ictus vehementiam denotat. Eapropter Germanis *der Schlag/die Hand Gottes* appellatur. *Celsus de re medicâ l. 3. cap. 26.* morbum attonitum, & *cap. 27.* universalem membrorum resolutionem vocat. Alii *Siderationem, Affulgurationem* dicunt, procul dubiô à convenientiâ, fulmine enim quasi tanti apoplectici concidunt. Fulmen autem veteres sidus putabant.

ΑΦωνίας voce usus *Hippocr. quamvis teste Galen. 4. de rat. vict: acutor. t. 23.* aliis quoque hæc vox conveniat morbis.

Hoc



Hoc affectū correptos, cum sēpē plane obmutescant, *Cous 6. aphor. 51. ἀφώνης* appellitavit. *Guttam Paracels. l. 7. paragr. c. 1.* vocat. Inde apud Germanos **der Tropff.**

TRIPLEX aliàs Apoplexiæ apud *Hippocr. ac Galen.* occurrit significatio.

GENERALIS paralyfin includit, ita *Hippocr. in coac. prænot. & Celsus l. 3. c. 27.* sumunt.

SPECIALIOR *symptoma sensus ac motus* ablati in certâ aliquâ parte significat. *Hippocr. 7. aph. 40. ἀκράτειαν incontinentiam* linguæ vocat *ἀποπληκτικόν* li. Alibi sensû ac motû carens crus vocat *ἀποπληκτικόν.*

SPECIALISSIMA AC PROPRIA significatio est, cum *cerebri morbum* denotat, qui *sensum ac motum* tollit. Hæc vera est apoplexia, de hâc propriè sumta jam agere nostri est instituti.

## CAPUT II

*definitionem ac ejus formalem rationem explicat.*

**S**CITÈ ac eruditè, acturis de re aliquâ *Tulliana* præcepit *Suada l. 1 offic.* explicare primò quid res sit, de quâ sermonem instituire animus est. Tenendum ergò & ante omnia dicendum, esse

APOPLEXIAM, *subitanam animalium actionum abolitionem in totò corpore, cum difficili respiratione ac stertore, ortam à spirituum animalium influxû, in spinalis medulle principium denegatò.*

GENUS quod formæ locum obtinet, confirmat *Galenus 2. aphor. 42. En ταῖς ἀποπληξίαις, inquit, ἐξ αἰφνης ἀναίσθητοί τε καὶ ἀκίνητοι γίνονται, πᾶν τὸ σῶμα, πλὴν μόνης τῆς ἀναπνοῆς. Qui apoplexia corripuntur, ii totius corporis sensû ac motû privantur, solâ respiratione exceptâ. Aboleri functiones animales omnes suò suffragiò stabilivit *Aretæus lib. 1. cap. 7. de signis ac causis diuturnorum. Ἀποπληξίη μὲν ὅλη τὸ σῶμα ὄρει καὶ τῆς αἰσθήσεως τὴ καὶ γνώμης καὶ κινήσεως ἀλάλυσίς ὄρει. Apoplexia totius quidem corporis ἔ' sensus ἔ' mentis ἔ' motionis est resolutio.**



SENSUS auferuntur interni ac externi. Imaginatio quiescit, perit memoria, nullus acclamantium percipitur sonus, nec cognoscuntur amplius propinqui, rejiciuntur delicata edulia, nec circumstantium sentitur gemitus.

MOTUS cessat, immobiles omnes pendent à truncò ramì.

RESPIRATIO sola vitalitatis scintillulas in nativi calorìs focò, adhuc vivaces ac micantes indicat. Assensum Pergamenus præbet, in antea citatò aphorismò inquit *πλὴν μόνῃς τῆς ἀναπνοῆς, solà, respiratione exceptâ.*

*Respiratio superstes cur maneat, quæsitù dignum, inventù satis difficile. Θαυμάσαι γέ δεῖν, inquit Galenus citatò locò, ὅπως τῶν ἄλλων μυῶν ἀπάντων, ἀκίνητων ἐν ταῖς ἀποπληξίαις γινόμενων, οἱ τὸν θώρακα ἀγέλλοντες, εἰ καὶ μόγις, ἀλλὰ κινῶνται πολλάκις. Mirum videtur, qui fiat, ut aliis omnibus musculis stupentibus, soli thoracem moventes moveantur, agrè licet, tamen sæpe.* Rationem investigaturis proponit duplicem, unam apparentem, alteram veram. PRIMA apparens est respirationis necessitas. Εοίκεν, inquit, ἡ γίνεσθαι τέτο ἀγὰ τὴν χρεῖαν τῆς ἀναπνοῆς ἐπεχειρήσης αὐτῷ, τὴν ἐν τοῖς νεύροις δύναμιν, ἵπτι τὴν ἐνέργειαν. *Videtur id accidere propter NECESSITATEM RESPIRATIONIS vim nervis contentam excitantis ad actionem. ALTERA & vera est imbecillitas motricis. τοῖς ἀποπληξίαις, ἔ τὸ τὴν χρεῖαν ἠυξῆσθαι τῆς ἀναπνοῆς, ἀλλὰ ἀγὰ τὴν ἀρρώστιαν τῆς δωάμεως σιωεργεῖν ἀναγκάζονται πάντες, οἱ τῶν θώρακος μῦες. Non quia respirandi audita sit necessitas, ut in febribus sed propte virtutis imbecillitatem mutuò auxiliari coguntur, omnes musculi thoracem diducentes.*

Meliùs causam explicare se putant, qui ex animali & vitali mistam actionem respirationem vocant, imitati Nemesium, qui libro de natura hominis cap. 28. ἐνταῦθα, de respiratione loquens, ait, τὸ ζωτικὸν σιωεπλάκη τῶ φυσικῶ, heic actio animalis juncta est naturali. Nervis thoracicis quæ adhuc inest spiritus animalis vis, vitali spiritù vigoratur. Inde thoracis movendæ facultas, ut suffocationis periculum eludant ægri.

Probabilis nobis videtur Galeni sententiã, respirationem



nem actionem animale[m] esse, est enim in potestate nostrâ, ut possimus illam tardio[m] effice[re] ac celeriorē. Neque in hâc majore Galenicâ ulla latet fraus. Non solùm, quæ simpliciter sunt in nostrâ potestate actiones animalesnt, sed etiam, quæ necessitatibus corporis coactivis inserviunt, in iisque naturæ cohærent.

Defendemus etiam, respirationem in apoplexiâ, non æquâ mensurâ cum aliis animalibus actionibus tolli: ob inevitabilem necessitatem, si modò vita salva esse debeat, major hujus ad hanc, quam alias actiones animales necessitas.

Omnes autem muscoli concurrunt ad hanc stertorosam aëris attractionem, & thoracis dilatationem, tum ob usum comparatè auctum, tum ob infirmitatem virium, eò modò, quò in moribundis.

### CAPUT III

*subjectum declarat.*

**R**ælibatis hisce ad exactam *subjecti* seu *causæ materialis* nos accingamus cognitionem, hujus siquidem seu domicili constitutione benè consideratâ, faciliùs infensum hunc hostem expellere, eumque proscribere possumus, causæ ac signa tunc facilè se nobis offerunt, inoffensò pede ad curationem sic facimus progressum, ac majori cum certitudine suppeditamus consilia & applicamus remedia.

Duplex statuitur hoc: adæquatum ac principale.

**A D Æ Q U A T U M** est totum corpus, omnia enim ejus membra sensum ac motum habentia, periculum incurrunt, eorumque actiones læduntur. Inde quoque *universalis* affectus dici poterit. Non sola febris est affectus universalis: apoplexia, epilepsia, syncope etiam titulum hunc merentur.

**C E R E B R U M**, quod omne punctum in capite explet, pro subjectò **P R I N C I P A L I** meritò haberi, nullus forte àn planè negabit. Agnovit hoc pro subjectò *divinus senex lib. de glandul.* cum in apoplexiâ cerebrum noxam sentire, & non  
benè



benè se habere asserit. Huic adstipulatur Galenus 3. de loc. affect. c. 10. ἡ τοίνυν ἀποπληξία πᾶσας τὰς ψυχικὰς ἐνέργειας βλάβησιν, σαφῶς ἡμῖν ἐνδείκνυται, ἐγκέφαλον αὐτὸν πάσχειν. *Apoplexia omnes animales actiones ledens, clarè nobis ostendit, ipsum cerebrum ladi.* Sensû ac motû universum corpus privari nequit, nisi sensus ac motus principium cerebrum sit affectum, secundum eundem Galenum 1. de loc. affect. c. 2.

Non itaque stamus à parte eorum, qui cor ut subjectum in theatrum trahunt. His non patrocinator autoritas philosophi. *problem. 9. s. 1.* Vis ejus infertur verbis, nulla cordis hic mentio: docet solùm, quod τοῖς ἡ γραιτέργις ἀποπληξία, ὅταν ἀθρόον ληθὲν ὑγρὸν ἐπεπέσῃ, καὶ δι' ἀδένεια τὸ συμφύττον θερμὸν παύῃ. *Senibus apoplexia oriatur, cum universus resolutus humor incubuit, exquè imbecillitate nativi humoris concrevit.*

Nec adstipulamur Paracelso, qui l. 2. paragr. cap. de gutta S. 4. cor non solùm, sed etiam pulmones & jecur apoplexiæ existimat principium.

Nec innitimur opinioni, quam novitatis studiosissimus Helmontius tr. de sede animæ protulit, dum Archæum suum, quî utramque in omnibus affectibus apud eum tabulam facit, hîc quoque protrudit, ejusque sedem stomachum, ceu verum ac genuinum proclamat subjectum. Accidere à mucilage insipidâ ac putridâ, à cavô stomachi in venas ejus prolapsâ probat *tract. de action. ignot. regim.*

CEREBRUM itaque primariam affectam sedem, ac verum agnoscimus subjectum. Non tamen excludimus Cor, ac reliqua viscera, quæ per consensum ob situm ac connexionem, quæ inter has partes occurrunt, haud leviter quoque afficiuntur. *συνῆφθαί γὰρ πάντως ἔδδ' τὰς δεχὰς τῶν διοικιστῶν ζῶον δυνάμεων, conjungi enim oportebat animal omninò regentium facultatum principia.*

Cum de parte cerebri affectâ explicandâ cogitamus, magnum fermeque importabile humeris nostris imponimus onus, difficile siquidem, ex tot magnorum virorum diversis, [firmis tamen ratiociniis stabilitis] sententiis, unam eligere. Faciendum intereà aliquid nobis.



In Cerebrò medullam habemus, ventriculos desuper invenimus. Galenus 3. de loc. affect. c. 7. de parte affectâ interrogatus, respondet: non SUBSTANTIAM affici, sed ventriculos impleri. Id ulterius 2. de caus. symptom. c. 7. ex subitaneâ apoplexiæ generatione ac solutione, quæ ab intemperie ipsius cerebri nullò modò evenire potest, probavit.

VENTRICULOS affici dicit, quinam autem, an omnes? an solùm anteriores duo? aut medius tertius? an quartus cerebelli? non revelat.

Quidam asserere non erubescunt, τὰς προδιας κοιλίας, anteriores ventriculos, uti Galen. 9. περὶ ἐγχειρησ. c. 4. nominat, recentiorum verò alii superiores, alii laterales appellant, primariò pati. Hi enim ἅμα ἢ οἷον ὀχετός τις εἰς περιτωμάτων ἐκροτῶν ἰππιδείῳ, καὶ προκατεργάζονται καὶ προῶρα σκιδάξουσιν τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, & ductus simul sunt & canalis ad superfluum effluxionem accommodus, & conficiunt, & preparant spiritum animale, Galen. 8. de us. part. c. 10. annuente.

Alii amplitudinem horum satis spectabilem considerantes, haud fieri posse, ut tam subitò hi obstruantur, credidère, medium seu tertium, in quem duo priores terminari videntur, ut primariò affectam induxère partem.

Quartum alii apoplexiæ adscribunt sedem, qui posterior ventriculus Galeno, ut & cerebelli ventriculus audit, πάντων κοιλίων κυριώτατη, omnium ventriculorum principalissimus, ab Herophilò & aliis putatus, qui quamvis reliquis minor, vires tamen habet majores. Hic cum siccitatem in viventibus semper amet, si influxus excrementitiorum humorum in eum fiat, apoplexiam subitaneam sequi, viâ spiritibus animalibus ad principium nervorum interclusâ, Patroni assertionis hujus probant. Promicondi in distribuendis spiritibus animalibus officium huic attribuunt. Hanc forsàn ob rationem Arantius tenui meninge præter morem aliorum, non obduci docet, quò liberior spirituum animalium in nervos sit transitus.

Quartum ventriculum affici confirmat autoritate suâ Riolanus l. 4. enchirid. c. 2. Certum est ac indubitatum, inquit, ac multis experimentis confirmatum, in apoplexiâ obstrui



ventriculos cerebri, sive in choanâ, sive, quod potissimum, quarti ventriculi foramen, à pituitâ crassâ ac viscidâ, ibi hærente, quæ si non discutiatur ac removeatur, per choanam vacuata, lethum infert.

Sed nulli ventriculorum quidquam dignitatis attribui potest. Ex accubitu partium medullæ efformantur, extra eam, accidentariò magis quàm primariò. Distinctæ autem partes cerebri sunt hõc modò, & tenui meninge interstinctæ, ne tanta moles continuata per omnia, unâ in parte malè habens, statim inficeret etiam alteram.

Nos in definitione pro subjectò *principium spinalis medullæ* declaravimus. Principium hoc spinalis medullæ constituitur ex quatuor caudicibus, duobus à medullâ cerebri, & duobus à medullâ cerebelli propagatis. Modus affectionis fusiùs declarabitur, in

## CAPITE IV,

*quod causas investigat.*

**R**Alladis portas nemini aperire & ingredi, multò minus regium felicitatis medicationis solium accedere datur, nisi qui causarum cognitione fuerit instructus. Ut à spirituum animalium ἐξιόντων ex cerebrò in singulas partes egressu omnes movendi ac sentiendi vis, ita à tenuioris sanguinis seu spirituum vitalium ex corde in cerebrum εισιόντων ingressu vivifici nectaris & animalium spirituû suppeditatur materia. Vigente utroque hõc motu, partes cerebrum & cor vegetè, quibus destinatæ sunt, actionibus præfunt. Impeditò utroque actiones turbantur, ac microcosmicæ machinæ ab apoplexiâ ruina imminet præsentanea.

Ἄμεστος ἡ αἰτία εἶναι ἢ μὴ ἐπίρρουσις τῶν ἐνορμηθέντων ψυχικῶν εἰς τὰ κάτω τῆς κεφαλῆς ἐπιχομένη. IMMEDIATA CAUSA est influxus spirituum animalium per nervos in organa sensus ac motus prohibitus. Officium nervorum ab antiquitate assignatum non convellitur ab iis, qui alimentalis succi delationem arteriis denegant, his adscribunt, sed rationibus minus



nūs firmis suffulti. Econtra nervos αἰσθήσεως καὶ κινήσεως ἐνε-  
κα conditos duplici modō, quod animale spiritum ad par-  
tes deferant, & sensibiles species ad cerebrum reducant, au-  
toritate veterum Hippocr. ac Galeni, & recentiorum est sta-  
bilitum. ὡς εἰ ἴμηθειν τὸ νεῦρον ἀκίνητόν τε καὶ ἀναίδητον  
ἄθεως γίνεται τὸ μόριον, ὁμολογῆται πᾶσι τοῖς ἰατροῖς, ver-  
ba sunt Galeni l. de dissect. nervor. cap. 1. quod incisō nervo, sen-  
sū ac motū statim privetur particula, ab omnibus concessum est me-  
dicis.

MEDIATA PROXIMIOR causa est, τῶν ἐνορμόντων  
ζωϊκῶν ἢ μὲν σέρησις, ἢ δὲ ἀτακτικὴ κίνησις, vitalium spirituum de-  
fectus, ex unâ parte, & motus inordinatus, ex alterâ parte.

DEFICIT AFFLUXUS SPIRITUUM VITALIUM OB  
CIRCULATIONEM SANGUINIS IMPEDITAM.

CIRCULATIO sanguinis duos habet actus, invehen-  
di à corde in cerebrum unum, evehendi ex cerebro ad cor  
alterum.

Uterque impeditur ab ἀπολήψει τῶν φλεβῶν, interce-  
ptione vasorum sanguifluorum.

PRIMUS cum impeditur, exoritur τῆς συρροῆς τῶν αἵμα-  
των, καὶ τῶν ἐνορμόντων σέρησις, arteriosi sanguinis & vitalium spi-  
rituum confluxūs defectus, ob invehentium arteriarum obstru-  
ctionem vel compressionem. Non hīc accusari queunt arte-  
riæ carotides majores: talem hæc amplæ capacitatis vasa non  
admittunt, sed exiliores arteriæ carotidis rami, quâ utrinque  
una per fornicatum, sinuosum, & canalis instar excavatum  
ossis temporum foramen, crassam meningem, gibbosa, ob-  
liquata, sicque quasi σιγμοειδῆς intrat, ibique in homine exile  
illud δικτυειοδὲς πλέγμα, μέγιστον θαῦμα τῶν ἐνταυθοῖ, reti-  
formem plexum, maximè omnium, quæ illuc sunt, mirabile, exinde  
πλέγμα τῶν χορροειδῶν, plexum ventriculorum magnâ ex parte,  
licet & mox à quartō sinū venosi accedant ductus, constituit.

ALTER circulationis motus cum impeditur, sangui-  
nisque post nutritionem cerebri & spirituum animalium re-  
sidui, liberō quamvis per rete mirabile ingressū, egressus  
per tertium sinum crassæ meningis falciformis, λήνον torcular



propriè dictum, & quartum, qui *μεγάλη Φλέψ magna vena à Galenò dicitur* (ex quibus in naturali statû, ut vinum in sub-  
jecta vasa, ita sanguis in sinus crassæ meningis laterales, ex his  
in venas jugulares & cor labitur) prohibetur ob similem *ἀπο-  
ληψιν* à compressione vel obstructione, resistant sanguis ac  
spiritus, copiâque gravant & pondere, ut basis cerebri & spi-  
nalis medullæ prora subsidant, sicque egressus spirituum ani-  
malium ordinarius in nervos inhibetur. Inde

**ALTERA** mediata causa. **INORDINATUS MOTUS**  
spirituosarum sanguinis partium fit, cum ingressæ plexum  
choroidem & cerebrum, per sinus crassæ meningis exitum  
non inveniunt, sed potius in seipfos agentes, velut irati, va-  
gabundo motu actiones principes interturbant. Inde **SUB-  
SIDIT** principium medullæ spinalis spiritibus destitutum,  
sicque meatus angustantur.

**SANGUIS** angustiam hanc *δι' ἔμφραξιν ἢ πήγνωσιν per*  
*obstructionem vel compressionem* meatum evidentium in prin-  
cipiò nervorum etiam in momentò excitans, meatusque an-  
teriores invehentes, rete mirabile & plexum choroidem in-  
tercipiens, varii potest esse generis.

**SEROSUS** vix locum invenit, tenuitate suâ utitur ad  
perrumpenda claustra quævis.

**BILIOSUS** minus promptus athleta est, ob *λεωτομέ-  
ρειαν* meat ac permeat, circulationique favet, nec facilè in viâ  
subsistit.

**PITUITOSUS** crassus. **MELANCHOLICUS**, ab im-  
puritatibus chyli nondum satis depuratus, commodus est  
ad hanc *τῶν δετηριῶν ἀπόληψιν*, ab intrâ.

**VAPOROSUS** calcis, musti, vini aut cerevisiæ ferven-  
tis fumis inquinatus, inspiratione attractus, aër, sanguinem in  
corde & cerebrò figere potest, ut marpesiæ cautis ad instar  
cum spiritibus moveri locò nesciat, animalesque spiritus  
fixi stent & attoniti.

*Recentiores nonnulli* à spirituum animalium, in lympham  
converforum per venas reducendorum circulatione impedi-  
tâ affectum hunc derivant. Modus autem explicatu difficilis.



*Chimici* cum nebulosis mercurii cremosi exhalationibus in cerebrum elevatis & conclusis, generationem hujus affectus adscribunt, innituntur dubiò fundamentò, quod actû realiter, secundum speciem, non mortua sed viva, omnia in sint microcosmo, quæ macrocosmo.

A CAUSIS MEDIATIS PROXIMIORIBUS, ad REMOTIORES progrediendum, quas concinnâ methodò in NATURALES, NON NATURALES, AC PRÆTERNATURALES distinguimus.

NATURALIUM in classe se offert TEMPERIES, ad frigiditatem præcipuè ac humiditatem proclivis. Capitis magnitudo ac imbecillitas, ut & cervicis brevitatis hûc quoque referuntur. ÆTATEM senilem huic affectui proclivem pronunciat *Cous 3. aphor. 31.* ubi apoplexiam inter senum retulit morbos. HÆREDITARIA DISPOSITIO, uti in aliis, similiter & in hõc multum facit affectû, ut bonorum, ita & malorum paternorum hæredes fiant posteris. In *femine* actualiter apoplexiam latere vult *Franc. Oswald. Grembs l. 2. c. 1. §. 10.* quod tamen absolute nullus forteàn affirmabit. CONTAGIUM hic aliquid posse, vix admittendum, ni dispositio insignis adsit.

NON NATURALES senariò comprehenduntur numero. AER aquilonius pluviosus accusatur ab *Hippocr. 3. aph. 23.* confirmatur à *Forestò l. 10. observ. 70.* Radios lunares sub iis ambulantes sideratos effecisse *Alexand. Benedict. l. 1. c. 33. de morbor. curat.* probat. Exhalationibus contaminatus, qualescunque etiam eæ sint, symbolam addit. A carbonum fumò in conclavi calce recens illitò, obiit Q. Catulus, *Velleio Paterculo l. 2. histor. c. 22. edition. Bæcklerianæ* referente. Simili fatò *Jovianum Imperatorem* obiisse, ex *Marcellinò Camerarius* refert, *centur. 1. operar. successiv. c. 27.*

SOMNUS nimius crudos excitat vapores, ad cerebrum qui elevantur. Somnus à sumtò statim cibò, præcipuè meridianus valdè nocivus. Decubitum indecentem aliqui quoque accusant. VIGILIÆ nimix, quia *divinò sene 2. de rat. vict. acutor.* teste, cruditates cumulant, calculum adjiciunt suum.



MOTUS ac QUIETIS habenda quoque ratio. Vita sedentaria ac otiosa variorum affectuum statuitur causa. Vehementia motus humores concitat, & quod pravi aliàs sopitum quasi latuit, stimulat, & ad tumultuandum instigat.

CIBUS ac POTUS multum conferunt. Quantitas horum nimia ingesta, coctionem impedit. Qualitatibus pravis scatentes vitiosam præbent alimoniam. *Ebrietas* quantum in hõc valeat, præter exempla varia ab autoribus adnotata, quotidiana comprobatur experientia.


EXCRETA ac RETENTA si vel in excessû, vel in defectû peccent, coctiones perturbant, unde noxii caput ferientes ascendunt vapores. Nimia excretio totum refrigerat corpus. Evacuationes sanguinis ac humorum suppressæ varia concitant incommoda.

ANIMI pathemata humores commovent. Præ nimiam lætitiã, irã, mœstitiã quosdam subito expirasse, historica nos informant monumenta *Hildani, Foresti, Zacuti, Lusitani*, exemplis illustrata.

PRÆTERNATURALIS adducitur melancholia, teste *Coo, 2. Coac. prænot. c. 23. t. 2.* Cerebrum siquidem valdè debilitat, vis externè illata, ictus, contusiones, fracturæ vel vulnera partis hujus simul accusantur.

## CAPUT V

*differentias exponit.*

ENERIS RATIONE *due* proponuntur ab *Hipp. 2. aphor. 42.* differentia: unam vocat *ἰσχυρὴν fortem*, alteram *ἀσθενέα debilem*.

FORTEM quadripartitam proposuit *Galen. in comment.*

ACUTISSIMA illa est, in quã planè quasi abolita nobis videtur respiratio, ablata quamvis non sit reapse penitùs, *respirationem* siquidem alicui si adimas omnem, mortem illicò afferes, ita *Galen. de us. part. c. 1.* loquitur. Unde Apoplexiã demortui, svalû peritorum medicorum, ante triduum vel comple-



pletas 72. horas, humo non sunt committendi, cum respiratio sensus nostros latere, nobisque illudere posset, ut viventi adhuc, mortui nomen iniquè imponeremus. Exempla notabilia inter alios afferunt *Amat. Lusitan. centur. 4. curat. 23. Forest. l. 10. obs. 79. Schenckius obs. 150.*

Ab acutissimâ hâc ita dictâ, parum secedit **VEHEMENS**. In hâc respiratio præsens adhuc summâ operatur cum vehementiâ ac difficultate, adeò, ut cum stertore spuma ad os protrudatur.

**MINUS VEHEMENS** sequitur. Læditur quidem in hâc respiratio, non tamen adeò violenta est, inæqualis tamen ac inordinata; modò enim crebra, rara modò, nunc alta, nunc humilis observatur.

**DEBILIS** in respiratione aliqualem servat ordinem, & in hemiplexiam vel paralytin alterius lateris, vel linguæ definit.

*Magnam ac parvam* constituit *Helmont. tr. de duumvinitus jure p. 248.* Parvam spiritum influentem, magnam insitum efficere vult.

Alia genuina est & formali suâ vi contenta, alia mista ex Apoplexiâ ac Epilepsiâ, quam fusè ac enucleatè explicant *Adrian. Spigel. libro de semitertianâ, & Sennertus in libris practicis.*

**SUBJECTI** ratione, *essentialis* est omnis, quæ ab obstructione, compressione, vel subsidentiâ cerebri fit. Per *consensum* tamen appellari potest ratione materiæ alibi generatæ, & ad caput translata. Inde omnium viscerum apoplexias constituit *Paracelsus.*

**CAUSARUM** ratione, alia hæreditaria est, alia acquisita, alia à rebus in nostro corpore generatis producitur, ab humoribus omnium gentium.

A vi externâ cum vehementiâ illatâ quæ dependet alia ab ictû, contusione, vulneribus, &c. A sonitû explosæ bombardæ exortam proponit *Zacut. Lusitan. centur. 3. curat. 22.*

Alia primigenia est, alia recidiva, per *ἰσχυρὸς ἐπιπέσει* ex reliquiis paroxysmi prioris orta.

CAPUT



## CAPUT VI

### *diagnostica ac prognostica recenset signa.*

**A**B exactâ morbi cognitione omnem ægri dependere salutem, æquè rationi consentaneum, ac experientiâ comprobatum. Accurata cognitio ad intimiora morbi penetralia præbet adytum, ejus machinas nobis detegit, & quibus armis obviam eundum, prudenti dispicit consiliô.

Per SIGNA hæc acquiritur cognitio, quæ in nostrô affectû partim imminentem præfagiunt, partim præsentem subjectumque demonstrant, & causas ejus ab invicem distinguere docent, partim eventum salutarem vel infaustum pronunciant.

IMMINENTIS SIGNA sunt *αἰ ἀναρῆ καὶ ἀνασθησία*, sensus hebetudo & vacuitas, ut scitè *Cous 2. coac. prænot. c. 1. t. 2.* Oriuntur à defectû spirituum, in quinque externis sensoriiis. *Sensus amissio* subitò ac sine manifestâ accedens causâ proximum notat affectum. *Vertigo* frequens dispositionem ad mox secuturam apoplexiam adesse præfagit. *Incubus* multis vicibus molestans, *dolores ac gravitates capitis* subitanei, affirmante *Coo 6. aphor. 51.* hujus affectus prodromi. *Tinnitus aurium ac lingue balbuties* aliquid ad imminentis prædictionem conferunt, ex mente *Hippocr. 7. aphor. 40.* *Stridorem dentium* in somnô ac *jugularium venarum intumescenciam*, alii addunt. Singula tamen hæc creberrimè occurrunt sine ullô periculô. Accuratè imminentis signa delineavit *Fernel. l. 5. de part. morbor. ac symptom. c. 3.* Ex *Colli brevitate* Apoplexiam prædicere vult *Francisc. Oswald. Grembs l. 2. c. 1. §. 10. arbor. integr. ac ruinos. homin.* Signum in manû ac fronte gerere eos, qui hoc affectû sint interituri, addit

PRÆSENTIS apoplexiæ signorum insignis occurrit farrago.

I. GENERIS ratione petuntur, à *lesis actionibus*, omnes liqui-



siquidem periēre quasi sensus in his ægrotis. *Modus lesionis* quoque adfectum præsentem detegit. Subitò apoplectici, ὡσπερ οἱ ἀσφύλητοι, fulmine quasi percussī cadunt in terram, immoti mortem mentiuntur. Aufertur vox, exiguus observatur anhelitus, omnia pendent membra inde gravata: ῥέγχθ' ἀπὸ λύσθ', stertor à resolutione, cum spumâ circa os adest. Rigor ac torpor in extremitatibus artuum occurrunt, nil nisi color faciei adhuc vivax. Pulsus initiō tardus ac languidus, auctō verò malō debilior ac crebrior.

Hæc signa, si in patiente se nobis offerant, apoplecticum pronunciare possumus, quamvis multi dentur affectus, similia signa habentes. Circumspectione itaque medico opus, ne non levi sine culpâ ac famæ naufragiō in denominandō affectū errorem perpetret.

Distinguitur verò apoplexia certis indiciis

**A LETHARGO.** Somnolenti quamvis sint lethargici, excitantur tamen, quod apoplecticis non accidit. Febris desuper invadit illos, hi sine febre inveniuntur.

**CARUM** ab apoplexiâ distinguimus **Tactū.** In Carō omnibus sensibus demptis Tactus remanet, puncti sentiunt ac partem movent, secus ac in apoplexiâ: accedit, quod sensim invadat Carus, respiratione manente liberâ: nec hæc, uti apoplexiâ, desinit in paralyfin.

In **SYNCOPE** pallor faciei adest, ingens contractio oris observatur, in apoplexiâ rubor faciei, membrorum omnium laxitas.

**A CATARRHO** suffocativō distinguitur. Relinquit ille sensus incolumes interceptâ quamvis respiratione. πνεῦμα ὀσμώμενον à totō corpore per venas in pulmones defluens sanō sensū præditos suffocat, apoplexia omnes sensus aufert.

In **UTERI SUFFOCATIONE**, color faciei cadaverosus, frigus corporis universi, respiratio liberior observantur. Respiratio si tollatur, pulsus simul tollitur, qui remanet in apoplexiâ. Hypogastria insigniter dolent à furibundis vaporibus jactata. Eapropter se quaquaversum movent, in apoplexiâ nullus motus, nullus persentitur dolor.



In EPILEPSIA motus adfunt convulsivi, omnia membra inordinatô quaquaversum trahuntur motû, in apoplexiâ contrarium observatur.

In ECSTASI melancholicâ pulsus ac respiratio obscurantur, ægrique excitati mira proferunt.

A PARALYSI, in quam etiam sæpius mutatur, differt, ratione vehementiæ, quæ non ita acriter afficit in paralyfi: unum hic vel alterum latus ac lingua solùm patiuntur.

II. SUBJECTUM, an per essentiam patiatur, an per consensum certæ partis subjectæ? hujus prægressæ actiones ostendunt.

III. CAUSARUM ratione à quonam humore excitatus sit affectus, temperies ac dispositio corporis indicant. Ex icû, casû, contusione an sit, antea acta probabunt.

## CAPUT VII

*prognosin salutis ac mortis, durationis tempus,  
& eventus modum explanat.*

**P**rimum prædictionis fontem universalem, GENE-  
RIS ratione detexit *Aretæus l. 1. curat. acutor. c. 4.* cum  
apoplexiam vocat *ἰχυρῶ*, & *Trallianus τρέπον ἕνα ἰα-  
νατῶν* quodammodo mortem. Omnis apoplexia  
periculosa est, ob affectæ partis nobilitatem, & consecutariam  
respirationis interceptionem, indeque *τὴν σωτηρίαν τῆς κατὰ  
ψύξεως* impeditam.

Specialiùs vitæ periculum depinxit *Hippocr. 2. aphor. 42.*  
*ἀδύειν ἀποπληξίῳ ἰχυρῶ μὲν ἀδύνατον. ἀδυνέα ἢ ἔρηθιον:*  
*solvere apoplexiam fortem impossibile, debilem verò non facile.*  
Ex respirationis læsione de vehementiâ judicandum censuit  
*Galen. 3. de loc. affect. c. 7.* Acutissimâ ac fermè incurabilis, in  
quâ ablata planè videtur respiratio. *Mitior*, si respiratio adest,  
ordinem licet non observet. *Facilis* dicitur illa, in quâ aliqua-  
lis respirationis observatur ordo, curatû tamen satis difficilis,  
potest siquidem in hâc, ni robur naturæ insigne, ad vehe-  
mentio rem fieri transitus.



Periculosus est hic affectus, ob cordis interceptum motum, originem qui habet à nervô cordis læsô, spiritus animalis in cor, ad motum ejus haud parum conducibilis, influxus intercipitur.

SPUMA ac STERTOR mali patefaciunt vehementiam, præcipuè si catarrhalis spuma non sit, sed à concentratis ac in liquorem transmutatis fuliginibus in pulmonibus debilitatis concreta, ac in fauces missa. *Stertor* cum musculorum thoracis ac laryngis resolutionem indicet, periculi gravissimi augur.

FEBREM supervenientem solvere apoplexiam, *Cous 6. eph. 5.* asserit. Acutam ac fortem esse debere sectatores asserunt. Recentior ætas aliena fermè ab hâc opinione, febres non admittit huic affectui conducibiles, cum superveniat gravius periculum.

A venæ sectione, si nulla functionum animalium subsequatur resuscitatio, omnis salutis sublata spes, si *Celsô* adstipulemur.

SUBJECTI ratione, majus ab essentiali metuendum periculum. Curatû difficilis ab hæreditariâ dispositione ortum quæ traxit.

CAUSARUM ratione malum secundum pertinaciorum judicatur obstructionem, periculosius, quod à *melancholiâ*. Quæ ab *externis injuriis* apoplexia, ob sanguinis extravasationem, periculosissima judicatur. *Gravius* ab hõc malõ periculum imminere juvenibus, mitiùs senibus, asserunt multi. *Alium gravem morbum* quæ sequitur, insanabilis putatur, natura siquidem ab antegressâ pugnâ lassata ac debilitata, novo ac vegeto huic hosti resistere impotens, manus dat victas, palmam relinquit atque succumbit.

LONGUS non est hic affectus, sed BREVI suum percurrit stadium, metamque aut attingit aut aberrat ab eâ. Spatiõ 24. horarum multoties mortem infert.

MODUM EVENTUS SALUTAREM spondet *debilis*, in alium morbum, ut paralyfin cum sit transmutatio. Ad partes



ignobiliores tunc pellitur materia à naturâ, vires sibi adhuc inesse monstrante.

Simile periculum æquè dextro ac sinistro lateri imminere credendum, nullus hic principatus, nulla præexistentia, nullum prædominium.

Per fluxum oris phlegmaticum salutarem fieri interdum eventum Sennert. in praxi observavit, cui fidem meritò habemus.

Ad MORTEM terminatur, conculcatô calore nativô, ob non resarcitum defectum τῆς καταψύξεως debiti cordis refrigerii.

## CAPUT VIII

*curationem absolvit methodò indicationum propositâ, & chirurgicis præstidiis in paroxysmô.*

**R**ælibatis his, verum medicinæ finem τὸ ἐρχάζεσθαι καὶ περᾶν intendentem attendentes, ad affectus properemus curationem.

Debellandus insidiosus hic ac infensus vitæ antagonista armis, ex Galenicis ac Paracelsicis petitis armamentariis.

Hæc vel in ipsô PAROXYSMO adhibenda, vel EXTRA EUM sunt conducibilia.

PAROXYSMI tempore prudenti celeritate applicentur medicamina, ne longâ deliberatione, potentia frustretur, non deducta in actum.

Qualia adhibenda, ab indicationum informamur trigâ. Aufert ἑραπύλην causam proximam, & sic præsentem imminuit paroxysmum: περιουλακήθειαν respiciens præservatoria extra paroxysmum quas offendit causas ac impuritates suppressit, & futuram præcavet invasionem. Vitalis subsidiô venit, partium succumbentium conservationem, virium robur debilitatum confortando, intendens.



Indicantur igitur in PAROXYSMO materiæ obstruentis ablatio, vasorum apertio, irruentium humorum in plures partes revulsio, partium mittentium ac recipientium corroboratio.

Quæ his postulatis respondent præsidiorum materiæ, ex tribus usitatis petuntur fontibus.

Accersitus medicus, ut æger in locô temperatô locetur, curabit, supernè parumper, accliviore locô positô capite, quo respiret liberiùs, ac sanguis circuletur faciliùs.

EX CHIRURGICO FONTE proderunt corporis CONCUSSIONES: extremorum cum calidis linteis FRICTIONES, quæ commodè cum  $\Theta$  e apopl. Mins. vel  $\Theta$  e ex  $\odot$  aq. apopl. præp. it.  $\ddagger$   $\oplus$  lat. benedict. instituitur. Verticillo, temporibus ac naribus balsama, olea ac aquæ cephalicæ, fragrantia calida inungantur.

LIGATURÆ artuum vehementes profunt, per intervalla nunc relaxatæ, nunc constrictæ.

CUCURBITULÆ cum vel sine scarificatione appositæ revellendo satisfaciunt expectationi, variis partibus, scapulis, brachiis ac cruribus applicantur. Ad cucurbitulam sub vertice, regioni futuræ coronalis ac sagittalis appositam, in desperatô hoc affectû, tanquam ad sacram anchoram confugit *Fracastorius*, nutibus indicans desiderium, sed non intellectus periit. *Zacut. Lusit. histor. 33. medic. princ. libr. 1.* eandem commendat occipiti appositam; Juvat quatenus per vasa capillaria, quæ ex sinû tertiô crassiæ meningis per suturas & foraminula in cutim repentina, desinunt, copiam sanguinis in cerebrô medullam & nervorum principium comprimentis tollit.

VENÆ SECTIO divinum illud ac salutare levamen an conveniat? dispiciendum. Adhibere eandem jubet *Cous 4. de rat. vict. acut. t. 24. Galen. in comm. ἰσορρόπον μὲν ἰητήριον, ὡς μὲνάλω πᾶσι μέγα βοήθημα φλεβοτομία. Æquale adjutorium, utpote magnô morbô magnum remedium est V. S. Post sanguinis missionem inquit Cels. l. 3. c. 28. si non redit motus ac mens, nil spei superest. Magni itaque æstimanda, præcipuè si sanguis*



peccet in totò corpore, plethora & æqualis omnium humo-  
rum copia adfit, viriumque constans præsentia. In apople-  
ctico quinquagenariò omnibus aliis frustra tentatis sola hæc  
profuit.

*Locus* varius denominatur ab autoribus. Si totum cor-  
pus impletum, vena basilica, cephalica, aut mediana dextri  
brachii aperitur. Si hæmorrhoidum aut menstruorum ad-  
sit suppressio, venam pedis secare jubent Galenici. Frontis  
& narium venæ etiam aperiri queunt. Venarum jugularium  
apertionem disuadent sanè multi. Ast summò cum fructu  
externas apertas fuisse *Rosset. l. de part. cesar. & Severin. de  
medic. effic.* probant.

QUANTITAS emittenda ex sanguinis copiâ æstima-  
tur. Hæc accuratè observanda, ἢν ἡ γὰρ μικρῶν πλεονάσει  
ἀφελῆς, ἀποσπένειξας τὸν ἀνθρώπον, si enim paulò plus detraxeris,  
hominem sane jugulabis. Repetitis potiùs, si post primam, ægri  
aliqualem à deteriori ad meliùs percipimus mutationem, vi-  
cibus instituendam, communis est opinio.

*Tempus* commodum in hâc expectari nequit, cum mo-  
ram affectus non patiat, antè omnia alia adhibita conve-  
nit, modò sanguis abundet.

ARTERIE temporum minores in necessitate quoque  
aperiendæ.

VESICATORIA conducibilia censentur in forò pra-  
ctico. *Henr. ab Heer observ. 21.* singulari ἐγχειρήσει cucurbitu-  
lam stupæ ardenti impletam cuti imponit, & vesicas concitat.

HIRUDINES laudantur à *Nymanno in tr. de apopl.* à  
quorum tamen applicatione, ut de periculò nil dicamus, ab-  
horrent nostri ægri.

## CAPUT IX

*pharmaceuticas presidiorum proponit  
materias, in paroxysmo.*

AD evacuationem materiæ ante omnia commendamus  
sequens Enema. Quod

*Rx. herb.*



**Rx.** herb. parietar.

beton.

salv.

rut.

origan.

primul. ver.

chamædr. an. Mj.

centaur. minor. Mß.

fl. chamæmel.

Coq. in s. q. a. s. colat. ℥x. adde

Et in hac dissolve

elect. bened. laxat.

diaphænic. an. ℥j.

ol. chamæmel.

rutar. an. ℥j.

M. F. Clysma. Applicetur.

SUPPOSITORIORUM quoque non spernenda efficacia.

**Rx.** spec. hier. picr. c. agar. ℥ij. Mis gemm. ℥j.

sem. carv.

rut.

pulv. belleb. alb. an. ℥ß.

Illin. ol. diacolocynth. D. in scatulâ S. Zäpflein.

ORE ASSUMENDA EMETICA à quibusdam multorum adinstar æstimantur medicamentorum, imò unica curationis radix & asylum ægrorum, præcipuè si pituitosus humor in causa. Cruditates siquidem expurgantur, corpus per vehementem motum calefit, materia pituitosa viscida, glacialis, frigidi veneni notam & vim habens, movetur, spiritus motâ materiâ exagitantur, & quæ hæctenus sopitæ delituere facultates expergefactæ se movent, hostem oppugnare intendentem, impugnantes.

E Chimicorum penû depromuntur Æta, Ælia, Ælata.

Croci metallorum vulgaris ḡ. iij. à vehementissimâ apoplexiâ, dum Romæ viverem, æger excitabatur à D. Guidone Poterio Practicô famigeratô, inunctis simul faucibus ol. cinnamomi.

lavendul.

summit. aneth. an. p. iv.

sem. carv.

fænic.

paon. an. ℥ij.

rad. imperator.

pyrethr.

ireos flor.

paon. an. ℥iß.

ol. diacolocynth.

Quercet. ℥ß.

mell. rosat. colat. ℥j.

Mis commun. ℥ij.



*Petrus Poterius pathologia spagyrica c. 7. roboratō prius calore nativō, qui glaciali venenō fermè extinguitur, per essent. vorismarin. & alcoholif. equali portione ʒj. mista, & corpore quasi per febrem calefactō post elapsam horam propinat, ☉is ☉li ʒj. in aq. salu. Secretum hujus curationis in eō consistere judicat, quoniam per motum illum, quō ventriculus pectusque sursum ac deorsum commoventur, summa obstructio tollatur, viscosaque glutinosa & veneno glaciali infarcta protrudatur citō, tutō, jucundè. Citum auxilium est necessarium, ne malum per longas invalescat moras & tutum, quod naturam non gravet.*

*Rx. ☉ ☉li ex ☉ parat. ʒij. aq. salu. ʒß.  
dissolutione factā in mortariō cum pistillō adde  
sirup. de betonic. ʒv. oxyfaccar. emetic. Minf. ʒj.  
M. Detur in fictil. S. Brechträncklein.  
Rx. ros. vit. mineral. Angel. inf. in vino vel liquore  
Sala ḡ. vj. appropriatō  
Filtratum d. in fictili. S. Brechwein.*

*In robustioribus datur in substantiā, cum conservā fl. pæoniæ.*

*Verūm summā hic opus cautione. 1. deglutitionis actio læditur, 2. desunt vires liberæ, ad vomitionis motum necessariæ. 3. minera non in *Leuxweja* ventriculi, sed in vasis cerebri remotioribus hæret, impetus ille eō pertingere nequit. 4. Excrementitia glacialis pituita non peccat, sed sanguis pituitosus. 5. Thoracis concussio levis potest præstare adjumentum. 6. caput repletur vaporibus & anxietas augetur. 7. rarō optatus sequitur eventus. Visi, quibus ventriculus quidem motus, sed nulla sequuta evacuatio.*

*PURGANTIA per alvum, modō assumi queant, in liquidā formā sunt tutiora.*

*Rx. extract. catholic. ʒj. adde extr. castor. liquidi ḡ. iij.  
dissolv. in aq. salu. ʒij. M. F. l. a. potiuncula  
D. in fictili S. Laxirträncklein auf einmahl.*

*Lac scammonii ad ʒj vel ʒiß. concinnè adhibetur.*

*ERRHINA fortiora multum pollicentur operæ, evacuato prius corpore adhibita,*

*Rx. pulv.*



℞. pulv. majoran. p. vj. castor. ḡ. vj.  
 nuc. moschat. no. j. pulveris. instillentur.  
 sem. nigell. ʒß. ol. anis.  
 fl. lil. convall. p. ij. succin. an. g. ij.

M. F. pulv. D. ad chartam S. Niesepulver.

CONFORTANTIA ac facultatum tenorem resarciencia nullatenus deficient.

INTERNE itaque præter alia specifica & sequentia adhiberi poterunt.

℞. aq. ceras. nigr. ess. fl. anch.  
 lil. convall. lil. convall. an. ʒ ij.  
 meliss. c. vino an. ʒ ij. salv. ʒ ij.  
 apoplect. D. Rolfinc. ʒ vj. quint. essent. Matbiol. ʒ j.  
 sirup. de betonic. ʒ j.

M. D. in fictili. S. sonderlich Stärckwasser.

Specificum cephalicum Magnif. D. Michaëlis, Præceptoris ac Promotoris mei æternum deprædicandi, mira facit, per se in cochlear. aq. apoplect. vel appropriatæ alterius sumtum. Admiscetur insuper aliis.

℞. aq. meliss. c. v. specif. cephal. D. Mich. ʒ ij.  
 lil. convall. c. v. sir. fl. tunic.  
 an. ʒ iß. betonic. an. ʒ vj.

M. D. in fictili. S. Stärcktranc auff einmahl.

Vel ℞. aq. apopl. D. Rolf. ʒ iij. spir. C. Cerv. ʒ j.  
 carfunc. sir. fl. pæon.  
 salv. stoech. arab. an. ʒ iij.  
 meliss. an. ʒ iß. conf. diaplir. archont. ʒ j.

M. F. potio D. in fictili. S. Stärcktranclein auf einmal.

Haud parum præstabit Theriaca faucibus illita. Spiritus cran. human. c. spir. ̄is parat., ac spir. sanguin. humani quoque conveniunt. Sal. volatile cranii humani, cornu ac sanguin. cervi, alcis, viperarum ad ḡ. ij. iij. vel iv. in aq. apopl. infusa profunt. Extr. castor. efficacissimum in hõc affectû medicamen.

EXTERNA naribus ac temporibus illita multum conferunt ad ægri salutem. In hunc finem.



**Rx.** aq. meliss. c. v. spir. ceras. nigr. ʒj.  
 fl. lil. convall. c. v. an. ʒiʒ. acet. rutac.  
 aq. apopl. ad extra ʒʒ. lil. convall. an. ʒj.  
 M. D. in vitrô. **S. Euserlich Anstreichwasser.**  
 Vel **Rx.** fl. salv. sem. nigell.  
 lil. convall. cubeb. an. ʒj.  
 rosar. gumm. galban.  
 anthos, meliss. an. p. j. rad. ireos florent. an. ʒj.  
**Concis. contus. D. in nodulô** **S. Richpûschlein.**  
 Balsama apoplectica varia in officinis reperiuntur.  
**Rx.** balsam. cephal. D. Michael. ʒj.  
 D. in pyxide eburneâ. **S. Schlag Balsam.**  
**Rx.** balsam. apopl. D. Rolf. ʒij. ol. succin.  
 ol. rutac. bacc. junip. lavend. an. ʒj.  
 destill. an. ʒiij. pulv. castor. euphorb. an. ʒʒ.  
 C. s. q. ceræ f. l. a. linimentum. D. in pyxide. **S. Stärcktsalblein.**


Inungantur vertex, tempora ac nucha.

SACCULI calidis repellentibus ac cephalicis impleti applicentur: frigida repellentia non ubique adhibenda.

Smaragdus à collô ægri pendeat, amuleti locô.

## CAPUT X

*Preservationem extra paroxysmum proponit.*


**H**ic quoque vigilandum, politicorum, qui nihil in bellis perniciosius, quam hostem quamvis imbecillum despernere, judicant, sequuti monitum censemus. Omnes itaque intendamus nervos, seriâque ac alacri laboremus operâ, ut causæ removeantur, materiæ peccantis scaturigo exhauriatur ac exsiccetur, singulæ desuper partes roborantibus fulciantur. Eapropter antea positis addimus, Ex  
**CHIRURGICO FONTE VENÆ SECTIONEM**, quæ, quocunque modô peccet sanguis, proderit, Vere ac Autumô administrata. **CUCURBITULARUM** scarificatarum appositio singulis iteretur mensibus. **FONTICULI** cum caput levandi laudabili polleant vi, non parvi pendendi, brachiis ac cruribus appliciti. **SETACEUM** in cervice utile, candenti ferrô factô ulceri inferendum.

Ex



EX PHARMACEVTICO fonte, humorum saburram  
educencia primò occurrunt. Lenientia præcedunt, sequuntur  
præparantia, agmen claudunt purgantia.

CLYSTER in causâ PITUITOSA talis conuenit.

℞. herb. rut. sem. cartham. ʒiij.  
salv. fœnic.  
ʒial. rut. an. ʒß.  
beton. meliss. an. mʒ. prunor. damascen. no. viʒ.  
sum. centaur. min. mß. radic. ireos nostrat.  
fl. lil. convall. aristoloch. rot. an. ʒj.  
primul. ver. Coq. in s. q. a. simpl.  
stoech. arabic. an. p. iv. adde & in hac dissolve  
elect. bier. picr. c. agar. ʒj. ol. ruta  
Θis apoplect. vel ruta ʒj. chamamel. an. ʒij.

M. F. Clysmā. Applicetur

IN MELANCHOLIA humectantia appropriatis con-  
cinnè admiscentur.

Si Clysteres æger respuat, per os ASSUMENDA præ-  
scribi queunt varia.

℞. fol. senn. Alexandr. ʒß. inf. in s. q. aquar.  
fl. lavendul. anth. salv.  
stoech. arabic. an. p. j. primul. ver.  
cardamom. cubeb. an. ʒij. fl. ceras. nigr. an. qf.

Stent in infusò per noctem, manè colentur.

colatur. adde sirup. meliss.  
scammon. ꝯrat. ʒ. vj. stoechad. arab. an. ʒij.

M. F. Potio. D. in fictili.

S. Laxirträncklein auff einmahl.

℞. M. P. Frear. Quercet. ʒj. cum sir. fl. prim. ver.  
de succin. Craton. ʒß. q. s. f. l. a.  
extr. trochisc. alband. ʒ. ij. pilul. no. xxvij.  
ol. salv. ʒ. iij. Asperg. pulv. rad. ireos florent.

D. in pyxide. S. Purgir Pillen auff einmahl.

VOMITUS in naturis, quæ per hunc se exonerare sunt  
consuetæ, erit proficiuus, si præcipuè humorum vitiosorum  
copia ventriculum gravet.



**Rx.** oxyfaccari emetic.  
Minsicht. ʒj.

**S. D. Brechsaft.**

**Rx.** pyrros. muschatellin.  
conditor. no. ij.  
excavatis indantur

**Rx.** helleborism Heurn. ʒj.  
inf. in vino malvatico per noctem,  
expressum mane detur.

fl. ʒii argenteor. ʒ. iij.

D. in pyxide figulina.

**S. Brechbirn auff einmal.**

Evacuationi ita in primis viis cum successu præmissâ,  
ALTERANTIA succedant.

Parantur hæc ex calefacientibus ac siccantibus, cum pi-  
ruiâ accusatur. Melancholia calidis ac temperatè humidis cor-  
rigitur.

**Rx.** aq. ceras. nigr.  
rosar.  
veronic. an. ʒij.  
essent. fl. salv.  
lil. convall.  
citri an. ʒij.  
castor. ʒ. v.

spir. C. Cerv. ʒ. xv.

lil. convall.

ʒli apoplect. an. ʒß.

sirup. ceras. nigr.

corall. rubr.

fl. pæon. an. ʒj.

fecul. pæon. ʒj.

**M. D. in fictili. S. Digestiv und Stärcktranc auff 4mal.**

**Rx.** crystall. ʒr. ʒj.  
miner. ʒni ʒiib.  
magist. perlar.  
corn. alc.  
corall. an. ʒiib.

succini preparat. ʒiib.

fecul. pæon. ʒj.

ʒis succin.

C. Cerv.

apoplect. an. ʒ. vj.

M. Divide in vj. partes æquales. D. seorsim singula

**S. Digestiv und Stärckpulver auff einmal.**

In Melancholia prædominiô ferum medicatum tale ad-  
hiberi potest.

**Rx.** seri lactis destillat. ʒiv. sirup. de pom. borsdor-  
essent. fumar. fian.

ʒis liquid. an. ʒvj.

de succ. bugloss. an. ʒvj.

**M. D. in fictili. S. Digestiv Tranc auff dreymahl.**

Continuatis per 6. vel 8. dies digerentibus, ad Purgantia de-  
veniendum, quæ ex fol. sen., mechoac., rad. gialap., agaric., trochisc.  
alband., rhabarb. &c. parantur. Formularum farraginem cum  
prætorum uberrimè suppeditent libri, quasdam hic adde-  
re supervacaneum ducimus.

SUDO-



**SUDORIFERA** ad reprimendam humorum pertinaciam effervescentiam commendantur, ex lign. sanct., sassaf. radic. tormentill., pentaphyl. mistur. simplic., mistur. bezoard. tinct. bezoard. Dio diaphoret. parata.

Rx. tinct. bezoard. D. Mich. D. in vitrô

**S. Schwitzer. auff einmahl.**

Rx. aq. saly. bezoard. Car. ḡ. viij.

scorzoner. an. ʒj. Ois rorismar. ḡ. iij.

pulv. bezoard. Sennert. ʒß. M. F. Potio. Detur in fictili.

**S. Schwitztränclein umbzurütteln auff einmahl.**

Rx. rob. sambuc. ʒj. Dio diaphoret. ḡ. xij.

C. C. f. Δe ḡ. xv. bezoardic. mineral. ḡ. iv.

M. F. cum spir. lil. convall. Bolus. D. in pyxide

**S. Schwitzzucker auff einmahl.**

DIURETICIS aliquid juvaminis adscribitur.

Rx. sem. violar. ʒiij. C. aq. fl. cyan.

mil. Ois ononid. an. q. s.

saxifrag. an. ʒj. F. l. a. Emulsio.

Edulcetur. sirup. de succ fragor. D. Treibemixtur auff einmahl.

Rx. seri lact. ʒiv. spir. Ois q. s. ad gratum

tinct. fl. cyan. acozem.

calcatripp. an. ʒiijß. M. D. in fictili

**S. TreibeMolcken auff einmahl.**

Osuccin. & Tr. Fri adhibita abundè expectationi satisfaciunt.

STERNUTATORIA in forma pulverum vel massæ pyramidalis in usum veniunt.

Rx. spec. diatabac. Mins. fl. lil. convall. an. ʒij.

diamajoran. an. ʒj. ambr. mosch. an. ḡ. ij.

sem. nigell. ol. succin. lign. rhod. an. g. ij.

M. F. l. a. pulvis D. in scatulâ mundâ S. Sonderbares Niesepulver.

Rx. pulv. fl. ptarmic. spec. diamb.

lil. convall. diamosch. an. ʒß.

rad. helleb. alb. an. ʒj. C. mucilag. tragac.

f. l. a. Nasale in forma pyramidali. D. S.

APOPHLEGMATISMI ex mastiche, cubebis, rad. helenii parantur.

Frigiditates ac humiditates nimias ALTERANTIA blandè cale-



dè calefaciendo, mirificè cerebrum confortant, eique robur addunt, generali vel specificâ id efficientes proprietate.

*Specificè cran. human. aq. apoplect. pulv. marchion. essent. ambr. & epileptica commendantur. Ol. succin. ol. sanctum ob vires cephalicas mirandas dictum, tutum in hõc affectû auxiliium, ol. hirudin. spiritui innatans, ne fulmine hoc ægri infestentur, fidâ præservat custodiâ.*

**Rx.** *cons. fl. anth. peon. specif. cephal. D. Mich. ʒj.*  
*prim. ver. tunic. magist. perlar.*  
*lavend. an. ʒß. corn. alc. an. ʒß.*

*spec. diaplir. mistur. apopl. D. Rolf.*  
*diambr. spir. ceras. nigr. an. ʒj.*  
*diamoscb. an. ʒij. sir. fl. tunic.*

*succin. præparat. ʒiß. stoech. arab. an. q. s.*

*F. l. a. Electuarium. D. S. Stärck Latwerge.*

**Rx.** *succin. præparat. ʒiij. calc. De ḡ. xvj.*  
*magist. corn. alc. ʒß. extr. salv. ʒß.*  
*perlar. c. s. q. sacchari in aq. apo-*

*corall. an. ʒj. plect. soluti.*

*f. l. a. Rotule D. in scatulâ mundâ.*

**S. Sonderbare præservativ und Stärck Röchlein.**  
Pro delicatioribus *essent. ambr. vel ol. succin. aspergantur.*

**Rx.** *spir. apopl. D. Mæbii ʒß. essent. salv. anth.*  
*ceras. nigr. lil. convall. an. ʒiij.*  
*hirudin. an. ʒv. ambræ pretios. ʒj.*

*M. D. in vitrô. S. Stärck mixtur dos. gutt. xl.*

**EXTERNA** in usum desuper trahenda. Hæc uti antea monuimus, *balsama & olea ex cephalicis parata calidis ac humidis, variis adhibentur modis.*

**Rx.** *fol. salv. majoran. meliss. styrac. benzoës an. ʒj.*  
*rorismar. basilic. ā. miß. ambr. moschi an. ḡ. v.*  
*fl. stoech. arab. pulv. cypr. ʒiij.*

*lavend. an. p iij. M. in form. usitata.*

*rosar. anth. D. S. Species zum Haupt-*  
*prim. veris. an. p. ij. müzlein.*

Pro ditioribus *ol. succin. spir. rosar. lil. convall. essent. ambr. aspergantur species.*

**Rx. empl.**



Rx. empl. vigon. de taca mahac. malaxetur bals. peruv. Extend. su-  
de carann. an. q. v. per alutã in formã orbiculari. D.

### S. Pflaster auff die Schlãffe.

Rx. spir. apopl. ad extra spir. formic. ac lumbricor.

V. in vitro. S. Euserlicher Spiritus. comp. an. ʒij.

Rx. ungu. nervin. Augustan. ʒj. ol. salv. succin.  
balsam. peruvian. ʒij. rut. an. g. xij.

M. f. l. a. Unguentum. D. S. Euserlich Sãlblein.

## CAPUT XI

*dietam absolvit.*

**H**Æc rerum sex non naturalium legitimum ac decen-  
tem monstrat usum. **AER** eligatur temperatus, purus,  
alienarum qualitatatum planè inscius, qui si non natura-  
lis, suffimigiis ex cephalicis compositis artificialis fiat. **CIBUS**  
ab omnibus excrementitiis succis, pituitosis præcipuè libera-  
tus admittendus. **VIGILIIS** plus indulgeat æger, quam Mor-  
pheo litet, meridianus nullatenus admittendus somnus. **MOTUS**,  
si commodè institui potest, **QUIETE** salubrior. **VENERIS**  
nullum his concedatur exercitium. **ANIMI PATHEMATA** tristi-  
ora ad Sauromatas mittantur, sanguinem siquidem ac spiri-  
tus perturbant. In malã ac tædiosã hãc re, bonõ ac placidõ  
uti animõ juvat: dimidium mali in fugam vertitur, si non ad-  
esse cogitemus. Iram, timorem, mœstitiam, moderabile evin-  
cat gaudium, spei restitutionis plenum. Non crucietur futili-  
bus circa temporalia curis animus, nec perturbationes vivi-  
ficum absorbeant nectar, depascant spiritus. Eò intendamus  
quò nostrę mentis acropolis, à sordidis liberata inquinamen-  
tis, divinum quod nobis inest conservet, augeat, tueatur.

---

*Nobili atque tum experientiã Medicã, tum  
eruditione solidã Cl. V.*

**DN. M. JOH. ARNOLD. FRIDERICI,**

pro consequendã Licentiã

Summos in Medicinã honores capeffendi

*cathe dram publicam conscendenti*

**FELICITER!**

Arte



**A**Rte Machaoniam superasti maeste cohortem,  
Hinc celebris fias hoc in honore, precor.

*singulari benevolentia is amorig, testando scrib. gratulab.*

Joh. Ern. Gerhardus, SS. Theol. D. & P. P.

---

**I**llustris nostri prae-fulgida stella Lycae

**FRIDERICE**, atque artis medicae clarissime mysta.

Non te penituit clarorum scripta Sophorum,  
Sollicito voluisse animo, post terga relinquens  
vulgum. Tendere plus ultra semper tibi cordi ad  
Phaebeos apices medicina arcana recludis  
latisque auspiciis summos sectaris honores.

Maeste animo! tandem largo sudore parata  
evolet in patulum pennis quatientibus orbem  
gloria virtutis, nomen super astra reponens.

Faustae gratulationis & benevolentiae testandae tesseram meritissimo Docto-  
rando virtutis & doctrinae studio claro adponebat

P R A E S E S.

---

**N**omina purpureum mox expertura brabeum,  
ut veniant amplio munere clara, precor.

Johan. Theodorus Schenck D. P. P.

---

**E**nthea vis animi, quae sunt modo pervia cura  
mortali, lustrat, nec stat satur ardor honesti,

ingreditur Sophia prudenti pectore campum,  
& sibi mansuros per inhospita querit honores.

Quis negat? insignes tua mens diffusa per artes,  
Artis laetrines cultor **FRIDERICE** celebris;  
fervida degenerem fuit indignata quietem,

sideream quam non fallax remorata Calypso est,  
Sirenumque leves nec detinere cohortes;

Hanc nostra illustris vidit cito triga Medentum,  
Italicaeque Scholae clarissima Lumina amarunt,  
splendida promisit Meditrina hinc premia multo  
foenore, teque cupit praecleara in luce videri.

Clarissimo & Excellenter docto Dn. Doctorando, Amico & Con-  
victori suo sincerè colendo gratulab. adpos.

M. Severus Christophorus Olpius Prof. Publ.